



## **Forum Beneficiale, Sive Quæstiones & Responsa Canonica**

Materiam De Beneficiis Universam Ex Beneficialistarum tam antiquorum, quàm recentiorum placitis complectentia. Opus methodo novâ, & clarâ in tres digestum Partes ... accuratè, ac copiosè instructæ

De Vacatione, Amissione, Et Extinctione Beneficiorvm ...

**Leuren, Peter**

**Coloniæ Agrippinæ, 1704**

519. An infans & puer sit capax obtinendi pensionem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74494](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74494)

5. Respondeo quintò: Dum itaque Papa dirigit literas tali indultario tanquam clerico, jam hinc colligitur certa in eo scientia statùs illius personæ, contemplaturque jam factum matrimonii aut incursum bigamiæ tanquam aliquid contingens in persona clerici; neque tamen fingit aliquid super eo factò, sed realiter & cum effectu suspendit concilia generalia, totumque jus positivum, ne propter hujusmodi factum reddatur inhabilis ad capiendam aut retinendam pensionem; & sic dispensando non removet factum, sed juris effectum, à quo producitur defectus, qui solum obstat. *Lott. nu. 178. & 179.* Ac ita cessat quoque argumentatio, de qua paulò ante, quòd minus sit dispensare contra stylum Curie, quam contra Concilia generalia; cum enim clara est mens Papæ, cessant conjecturae. *Lott. n. 180.* Quamvis etiam verum non sit, quòd majus sit, hac ratione dispensare præventivè cum clerico bigamo, quam cum laico, ut is remanens in statu laicalitatis percipiat pensiones; licet enim hoc posterius possit Papa ex ampla sua potestate, habet tamen id perpetuam repugnantiam rationis perpenis à jure communi, qualis repugnantia perpetua non est in bigamia, eò quòd hæc ideo damnata per canones in clerico, quòd non possit esse viduitatis & continentie adhortator, qui conjugia ipse frequentavit, quæ ratio non concernit clericum tantum primæ tonsuræ, non progressum ad sacros ordines, ac propterea levissimum sit cum eo dispensare ad effectum obtinendi & retinendi pensiones. *Lott. n. 181.*

6. Respondeo denique, quamvis consueverit vel ex natura subjectæ materiæ hoc casu dispensatio concipi per hanc clausulam: *si contigerit &c.* hinc tamen non removetur vis hæc dispensationis præventivæ & præservativæ; nam ut gratia hæc dicatur pura & simplex, satis insinuat verbum *dispensamus*, quod est præsentis temporis; illa verò clausula: *si contigerit &c.* respicit casus futuros; atque ita semper dispensatio hæc prævenit factum, & in hac præventionem facti stat illa vis præservationis; & quamvis casus sint positi sub conditione, diesque incertus in executione adjectus reddat ipsam dispositionem conditionalem, tamen hoc minime verum sit, ubi conditio tunc inest, ut in hoc casu, in quo semper id supponitur ex natura subjectæ materiæ. *Lott. à n. 187. & 188.* quem vide hoc postremum pluribus declarantem.

*Quæstio 517. An ergo etiam pensionis incapaces sint persona, carentes quidem caractere clericali, Ecclesiastica tamen, seu de foro Ecclesiastico, & Ecclesiasticâ immunitate gaudentes, quales sunt quidam regulares seu religioſi, & in specie Milites ordinis S. Joannis Hierosolymitani?*

Respondeo negativè: hi enim, saltem latè sumpto hoc vocabulo appellatione clericorum veniunt (dubitari siquidem nequit, religiosos tales & neo devotos in sortem domini electos esse, ut ait *Lott. l. 1. q. 36. n. 22.*) comparanturque clericis propriè talibus, specialiter etiam ad effectum obtinendi pensiones Ecclesiasticas. *Corrad. pr. benef. l. 1. c. 5. n. 22. & Lott. loc. cit. n. 26.* dicens sic resolutum pro. Converso seu Donato religionis Hierosolymitana à Rota *decis. 392. p. 2. recent.* & fuscè hanc sententiam probari à Gamb. *de pot. leg. l. 6. d. n. 44.* Quamvis personæ tales regulares eò ipso ca-

P. Leuven, Fori Benef. Tom. II.

paces non sint pensionum impositarum beneficiis secularibus. *Lott. loc. cit. num. 27.* de quo infra. sed neque dum istis Militibus reservatur pensio, requiritur mentio clericatus; nec in literis pensionis hujusmodi pro Milite Hierosolymitano Cancellariæ Apostolicæ Officiales curant de hac qualitate clericatus. Unde nec probandus clericatus per istiusmodi Militem, qui expeditis literis appellatus non est clericus, quamvis in supplicatione se clericum nominavit. *Corrad. loc. cit. n. 223.*

*Quæstio 518. An igitur Novitius, qui non est clericus, capax sit pensionis?*

Respondeo negativè. *Lott. l. 1. q. 40. à nu. 136.* sic resolutum dicens à Rota in *Terulens. pens. 13. Nov. 1596.* translationem pensionis factam in Novitium non clericum esse nullam, etiam si fuisset concessa facultas transferendi in personas Ecclesiasticas: quamvis enim Novitius gaudeat omnibus privilegiis professorum, & tanquam talis possit eligi & præsentari, id tamen intelligendum de pertinentibus ad religionem; secus verò de aliis aut secularibus aut indifferentibus, & propterea in eo cessante clericatu non potest dici persona Ecclesiastica; eò quòd sit quasi religiosus; cum Novitius respectu statùs personæ semper reputetur talis, qualis erat de tempore receptionis. *Lott. ibid. junctio uum. 137.*

*Quæstio 519. An infans & puer sit capax obtinendi pensionem?*

1. Respondeo primò: Infantem ex juris communis dispositione incapax esse pensionis. *Card. de Luc. de pens. d. 10. n. 5. Paris. l. 4. q. 9. n. 12.* sic tentum dicens à Rota in *Venera pens.* Necesse tamen tunc esse in reservatione exprimere infantilem ætatem juxta quod resolutum à Rot. in *Catanens. pens. 4. Maii. 1583.* Idem tradit *Tond. qq. benef. p. 2. c. 1. §. 4. n. 3.* ubi: quòd licet infans sit incapax beneficii, non tamen est incapax pensionis; ideo provisio pensionis in favorem infantis sustinetur, quando Papæ fuit defectus infantilis ætatis expressus. Et illo casu non providetur illi de pensione tanquam clerico, sed tanquam laico, & apponitur in concessione illa clausula: *etsi nondum clericali caractere insignitus.*

2. Respondeo secundò: Infantem 7. annorum incapax esse pensionis, tenent *Less. l. 2. c. 34. nu. 203.* apud *Castrop. loc. paulo post citand.* (etsi is dicat, se credere sententiam oppositam mox subjungendam esse magis secundam mentem Trident.) *Gig. de pens. q. 13. n. 3. Zechus. de benef. & pens. c. 11. nu. 7. Riccius. in pr. fori Eccles. p. 4. decis. 186. Gratian. discip. for. to. 3. discip. 397. n. 17.* & plures alii citati à Barb. *juris Eccles. l. 3. c. 11. n. 42.* qui etiam ait, huic sententiæ favere stylum Datarie, prout sibi constitit. Ratio horum AA. est, quòd septennium requiratur, & sufficiat ad clericatum, qui est conditio necessariò requisita ad pensionem; quòdque, dum Trident. *sess. 23. c. 6.* disposuit, ut nullus ante 14. annum ætatis obtinere possit beneficium, nomen beneficii extendendum non sit in dicta dispositione, utpote juris communis, quo aliàs sufficiebat septennium ad beneficium, correctiva, ad pensionem. Quinimò tradit *Lott. l. 1. q. 40. n. 146.* nullam ætatem ad obtinendam pensionem Ecclesiasticam præcisè requirit, sed solum ad clericatum suscipiendum requiri septennium: unde si Papa dispenseret

Y

spenset

spenfer cum infante, ut ante septennium, v. g. anno 4. atatis promoveri possit ad clericatum, jam eo ipso capax sit in ista atate obtinendi pensionem: quemadmodum etiam, ut ait Lott. n. 147. citans pro hoc Gig. q. 13. nu. 2. & Jo. Monach. in c. si annu. n. 2. de judic. in 6. aliã nullã ratione videtur incapax beneficii, quã quia non potest in ea atate tonsurari.

3. Econtra nihilominus tenent Barb. loc. cit. citans Garc. p. 1. c. 5. n. 129. Squillan. de privileg. cleric. c. 5. n. 13. Campanil. in divers. juris can. rub. rub. 7. c. 6. n. 5. Sanctarell. & c. Item Castrop. de benef. d. 1. p. 11. §. 3. n. 4. citans insuper Sanch. in decal. l. 2. c. 28. nu. 36. Sa. v. beneficium n. 30. Eandem atatem requiri pro pensione, quã pro beneficio, & sic neminem ante annum 14. capacem esse pensionis, eò quòd ex stylo Curia, ut ait Castrop. eadem qualitates requirantur pro pensione, quã pro obtinendo beneficio; quòdque, ut refert Garc. sic declaravit S. Congregat. Denique quòd, cum dicta dispositio Trid. sit conciliaris, & in favorem religionis, & in dignam rerum Ecclesiasticarum administrationem, extendenda sit, ut comprehendat quoque pensionem.

*Questio 520. An illegitimus capax sit obtinendi pensionem Ecclesiasticam?*

**R**espondeo: Clericus illegitimus citra omnem ulteriorem dispensationem obtinere potest pensionem, si illegitimus respectu præcisè pensionis obtinenda nulla eger dispensatione, ita, ut ait Lott. l. 1. q. 40. nu. 14. in hoc casu aliud nihil attendendum, quàm an talis illegitimus fuerit characterè clericici ritè insignitus, quia hoc posito, cessat omnis icripulus, etiam, quòd de defectu natalium non fuerit deinceps facta mentio in reservatione pensionis, vel in concessione facultatis eam transferendi, siquidem pensio, quã cum vita pensionarii extinguitur, sit & consideretur tanquam jus quoddam temporale diversum profus & separatum à substantia beneficii. Ita tenent Lott. loc. cit. à num. 139. citans quamplures Rotæ decis. quas etiam videre est apud Garc. p. 1. c. 5. nu. 118. Toud. qq. benef. p. 2. c. 1. §. 4. n. 14. (quamvis addat, cessante stylo in contrarium, se sequi hanc Lotterii sententiam) Gonz. gl. 5. §. 5. à n. 24. Gamb. de pot. leg. l. 6. n. 284. Zerol. in pr. Ep. p. 1. v. ordo. q. 4. in fine. Majol. de irregul. l. 1. c. 10. num. 3. citati à Castrop. loc. cit. nu. 5. contra Garc. loc. cit. n. 119. (id quidem admittens de pensione, quã datur stipendi loco, negans tamen de pensione Ecclesiastica succedente loco beneficii) Castrop. loc. cit. & citatos ab iis Zech. de pens. & benef. c. 11. n. 7. Nav. cons. 11. n. 2. de temp. ordin. Less. de Just. l. 2. c. 34. n. 203. Sanch. de matrim. l. 7. d. 44. num. 9. & c. Fundant se hi AA. in stylo Dataria & Cancellaria, quo incapax beneficii habetur etiam incapax pensionis. unde ait Garc. loc. cit. n. 120. non obstante in contrarium sententiam Rotæ, quã transit in stylum, dum in contrarium est stylus Dataria & Cancellaria, utpote cui veluti magis propinquo Papæ cujusque Organo, magis sit standum. De hoc tamen stylo nihil meminit Lotterius in Curia Rom. versatissimus. Quòd si agatur de pensione jam obtenta ab illegitimo, vel etiam exposito, non egere illum dispensatione ad eam retinendam, sed citra illam posse tolerari exactionem pensionis, ipse propter auctoritatem dd. contrariam sententiam tenentium existimat Garc. p. 7. c. 2. n. 11.

*Questio 521. An expositi (qui quodammodo ad illegitimos accedere videntur, intellige, in dubio, dum illorum pater ignoratur) capaces sint obtinendi pensionem?*

**R**espondeo: Quidquid sit de eo, num citra dispensationem capaces sint beneficiorum, quòd ipsum affirmat Gratian. discep. for. c. 137. nu. 33. & c. 397. n. 68. apud Toud. loc. cit. n. 13. Item Felin. in c. cum deputati de judic. nu. 1. Bermond. de public. concub. v. qui etiam filios. nu. 90. Paleot. de nobis & spur. c. 63. Rodriq. qq. reg. to. 1. q. 13. a. 1. & q. 14. a. 3. Menoch. de arbit. l. 2. cas. 396. Salas. in 1. 2. tr. 8. d. unic. s. 2. nu. 246. & alii apud Garc. p. 7. c. 2. n. 7. eò quòd multi etiam legitimi exponantur, & sic, cum veritas nequeat constare, facienda sit interpretatio in meliorem partem, & in favorem proliis, argumento c. ex tenore, qui filii sint legitimi. Negant econtra Covar. in clem. si furiosus, p. 1. n. 9. Majol. de irregul. l. 1. c. 11. Ugol. de irregul. c. 44. §. 7. n. 1. Sayr. de cens. l. 6. c. 10. nu. 39. Rebell. de oblig. just. p. 2. l. 1. q. 2. n. 15. Vafq. in 1. 2. d. 66. n. 48. & plures alii apud Garc. loc. cit. nu. 8. quibus ipse accedit n. 10. Item Toud. loc. cit. n. 16. Corrad. pr. dispensat. apost. l. 3. c. 2. num. 2. censentes eos ad clericatum egere dispensatione, & consequenter etiam, saltem hac ratione indirectè, ad beneficia, eò quòd tales expositi dubii, seu quorum pater ignoratur, ex stylo Dataria, ut Corrad. & Toud. in omnibus pro illegitimis habeantur, solèntque dispensationes pro illis sub iisdem clausulis expediti, sub quibus pro illegitimis conceduntur, argumento petito à solitis; cum ut plurimum illi exponantur, qui ex furtivo congressu sunt procreati, & ut ait Garc. loc. cit. n. 10. ex preterito doceat, quòd quamvis aliqui legitimi exponantur, hi tamen sint paucissimi, & ex 100. expositis vix 10. esse legitimos, & ita expositi communiter reputentur ex copula illicita nati, & ab eo, quòd ferè semper fit, potius desumenda sit interpretatio, quàm ab eo, quòd aliquando, sed rarè fit, quamvis id melius sit & benignius. Atque ita, ut subjungit Garc. Episcopus cum eis nequeat ad ordines dispensare. Quidquid inquam sit de dicta eorum incapacitate ad beneficia & clericatum, postquam tamen clericali characterè insigniti sunt, non egent dispensatione ad pensiones obtinendas; idque multò minus, quàm illegitimi, de quibus constat esse tales. Toud. loc. cit. n. 15. Sic quoque Garc. loc. cit. nu. 11. de his expositis tenet, posse eos retinere sine dispensatione pensionem jam ante obtentam.

*Questio 522. An filius illegitimus (intellige, de cetero etiam dispensatus ad obtinendam pensionem) obtinere possit pensionem, quam habuit ejus pater, vel etiam pensionem in beneficio, quòd habet aut habuit ejus pater; vel etiam pensionem in alio beneficio, in quo aliàs ejus pater habuit pensionem?*

**R**espondent ad primum affirmativè Barb. Juris Eccles. l. 3. c. 11. nu. 66. citans quamplurimos (in fine addens hinc S. Congregatione Conc. 9. Nov. 1619. censuisse, clericum reservatarium pensionis scutorum 200. super Ecclesia, quam ipse nunquam obtinuerat, posse transferre medietatem ad favorem filii sui illegitimi) Ventrigl. to. 2. annot. 11. §. 1. n. 25. citans plures, Lott. l. 1. q. 40. n. 197. Gonz. gl. 5. §. 5. n. 22. expressè inquires: Pater clericus habens